

*gilandum*, noxia quaelibet obiecta a sensibus externis propulsando, vera autem et pragmatica attentione et adlociatione advocando.

XL. Ab *intellectu* porro et *ratione empirica* omnis error et turpis ignorantia prohibeatur, quod non nisi per *Logices* et *Critices* genuinas scientias efficitur.

XLI. Perfectioni intellectus adiungi debet emendatio *voluntatis*, cuius necessitatem graphice expressit Apostolus: *Si noverim omnia mysteria, charitatem autem non habuero, nihil sum.* Quapropter vagas hominum inclinationes, utut in se bonas, certis regulis constringere oportet, ne statuto fine præpostero bona duntaxat adparentia confectentur.

XLII. Frequente sui victoria acquiritur tandem celebrata illa *Libertas Spiritus*, et quidam rationis de adpetitu sensitivo triumphus, quo mens omnis iam difficultatis maioris expers ad id, quod *Ideali Sanctitatis* adprime consentaneum, promte se determinat.

XLIII. Ut vero germen hoc nobilissimum divini amoris ad maturitatem perducatur, iugis